

(fol. 98') tibi complaceat^a servitus mea^b. Tunc¹ decantet VII penitentiae psalmos tripertite, videlicet primos III pro sororibus defunctis, item duos pro abbatisa et congregatione, postremos duos pro quibus sibi visum fuerit. Nec autem resideat in choro aliqua, quamdiu in conventu oraverint, sed expleta oratione unaqueque ante altare veniens humiliter se vertat et deinde in choro stet aut in loco congruo sese contineat. Post completas vero a conventu orationes signo sonante reverenter in choro omnes conveniant ordinateque resideant psallentes tacite XXX psalmos, incipientes a centesimo decimo, tripertite ut primos VII. Puellae autem cum magistris separatim legant quos voluerint libros. Post^{c.2} haec omnes sint praeparate^d, stantes in locis^e suis in choro^f, ut, cum novissimum^g signum cessaverit, cum summa humilitate et honestate referant laudes Deo in conspectu angelorum eius^h, incipientesⁱ nocturnae officium. Et si^k alicui frequens tussis aut flegma ex^l pectore aut^m ex naribus excrescit, post dorsum proiciatⁿ aut iuxta latus, caute^o tamen et curiose, ut infirmis mentibus^p non vertatur in nausiam, et^q semper quod proicitur^r pede^s conculcetur, ut, cum^t ad orationem curvantur^w, vestimenta earum^v non sordidentur; et^w infra aecclesiam vel^x in omni conventu seu^y in porticu hoc observandum est, ut quod spuitur semper^z pedibus conculcetur. Post expletionem vero nocturnae^a in ipso^b intervallo summum fiat^c silentium tam in voce quam et^d in actu vel incessu seu^e sono alicuius rei, ut liceat unicuique absque^f alterius inquietudine peccata sua^g cum gemitu et suspirio et lacrimis Domino confiteri et veniam ac^h remissionem pro ipsis abⁱ omnipotenti

a) 'complaceat — mea] complaceam, amen' B. b) 'mea] nostra, amen' C. c) 'Post haec] Tunc' B; 'Et tunc' C. d) 'praeparate] parati' B; 'praeparati' C. e) 'loco suo' B. C. f) 'choro] per ordinem' add. B. C. g) 'novissimum signum] signum novissimum' B. h) 'eius' deest B. i) 'incipientes — officium' desunt B. k) 'si] forte' add. B. l) 'ex — excrescit] evenit ex pectore aut naribus' B. m) 'aut naribus excrescat' C. n) 'proitiat' M. o) 'caute — et] caveat autem' B. p) 'mentibus] fratribus' B. q) 'et] sed' B. r) 'proicitur] spuitur' B. s) 'pede] pedibus' B. t) 'cum] dum' B. u) 'curvantur] curritur' B. v) 'earum] eorum' M. B. w) 'et infra — est ut] quod omnibus locis eis observandum, sive sint in ecclesia sive in refectorio sive in portica(?) et in omni loco et conventu ut' B. x) 'vel] et' C. y) 'seu] et' add. C. z) 'semper' deest B. a) 'nocturnae] laudis' add. B. b) 'ipso] illo' B. c) fiat silentium] silentium fiat' B. d) 'et in actu' desunt B. e) 'seu] sive' B. f) 'absque] sine' B. g) 'sua — lacrimis' desunt B. h) 'ac] et' B. i) 'ab — Deo' desunt B.

1) 'Tunc decantet — voluerunt libros' aus unbekannter Quelle.
2) Zu 'Post haec — hoc expleto' vgl. Mem. Bened. p. 67; zu 'Post haec — pedibus conculcetur' vgl. Reg. Chrod.⁴ c. 14.